



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XV. Graf Bernhard von Danneberg und dessen Söhne vereignen den
Johannitern zu Werben die Pfarrkirche zu Rohrberg, am 23. November
1264.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

XV. Graf Bernhard von Danneberg und dessen Söhne verzeihen den Johannitern zu Werben die Pfarrkirche zu Rohrberg, am 23. November 1264.

Ego bernardus, comes in Dannenberge, — Nouerint — tam presentes quam posteri, quod prehabito consensu nostrorum heredum ecclesiam parochialem in Rorberge infirmis sacre domus hospitalis ierosolimitani ob salutem anime nostre simul et vxoris nec non patris et matris et omnium heredum nostrorum et henrici, adolfi, bernardi, Guncellini et Nicholai filiorum nostrorum cum omni iure et utilitate concessimus et dedimus perpetuo possidendam —. Testes huius donacionis sunt Dominus iohannes Gener noster, Dominus Gerbertus, Dominus iohannes Slegel et dominus Henricus Rodevof miles, Dominus prepositus de Dannenberge, Magister alardus, frater Crafo de boxberg, frater Gerardus presbyter, frater Winricus et frater vricus Comendatores eiusdem domus hospitalis in Werben. Nos autem Henricus, adolfus, bernardus, Guncellinus et Nicholaus filii eiusdem Comitatus bernardi, quia propriis Sigillis caremus, Sigillo reuerendi patris nostri sumus contenti et hoc presentibus protestamur. Actum et Datum anno domini M°. CC°. LX°. quarto, in die beati clementis martyris atque pontificis.

XVI. Der Prediger-Ordens-Mönch und ehemalige Bischof von Regensburg excommunicirt Herzog von Barnim von Stettin, den Abt zu Colbaz und mehrere Vasallen derselben, weil sie dem Johanniter-Orden die Stadt Stargard mit Schlössern und Dörfern vorenthalten, am 12. August 1269.

Venerabilibus patribus Archiepiscopis et Episcopis et honorabilibus viris abbatibus, prioribus etc. — frater albertus de ordine predicatorum, Episcopus quondam Ratisponensis, executor a sede apostolica deputatus —. Cum iuxta mandatum felicis Recordacionis domini Clementis pape quarti Religiosos viros Magistrum et fratres sacre domus hospitalis Ierosolymitani in alammnia in possessionem uel quasi castri de Rez (sic) et de choricowe, Clukin, zukan, zukowe, Sadelowe, Sulim et de Thumercelize villarum cum suis pertinenciis et opidi Nobilis viri Barnim ducis Sclauorum, quod Stargard vocatur, pro modo debiti declarati cum diligenti inquisitione habita mobilia ipsi duci pertinencia non inuenerim, in quibus missio huiusmodi fieret induxerim, sollempniter publice et districte inhibui, ne quis eos in huius possessione vel quasi impedire presumeret vel turbare, prout hec in instrumento desuper confecto per duos viros idoneos Johannem videlicet de Vriberc et albertum de hanelberc loco tabellionis, cuius usus in allamannia non habetur, ad conferendum assumptos conscripto, Sigilloque meo signato, plenius continetur. Verum quia abbas de kolbas et nobilis vir predictus Barnim dux Sclauorum seu Stettynensis, Johannes de lieuenowe, Gobelus marscalcus, Arnoldus de pinnowe, henricus et dietericus fratres ipsius Johannis (sic) et diethricus de cothene miles, Johannes de Zukowe et frater eius, Ludewicus de Wedele, Henricus, Johannes et Woltherus de Sadelowe, Guntherus et diethmarus fratres dicti stalbam, Henricus, Johannes et Henricus de thumerzellice, Brendekinus, martinus et fratres eorundem, Reinikinus et Meinikinus fratres, Johannes de Gerboldefdorf et fratres sui, Martinus dictus Swake, Johannes de Benz, Johannes de valkenberc, Heine dictus vngnade, Johannes focer eius, Wernherus de nichamere et